



Universitätsbibliothek Paderborn

**Illvstrissimi Viri Petri De Marca Archiepiscopi Parisiensis
Dissertationvm De Concordia Sacerdotii Et Imperii, Sev
De Libertatibvs Ecclesiæ Gallicanæ, Libri Octo**

Marca, Pierre de

Parisiis, 1669

I. Vt satisfiat objectioni, docetur Romanum Pontificem esse Patriarcham Occidentis, deinde confertur cum Alexandrino in ordinationibus. Ecclesiarum divisio in Orientales & Occidentales probatur ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-15591

& Imperij Lib. I. Cap. IV.

15

erat Capua, incipiebat à Sinuella ad Salarium Lucaniae fluvium. His autem finibus ex regiones ferè intercipiuntur, quibus provincia Romana constat in Notitia veteri Vaticana; cuius fides ex his Athanasij & Concilij Sardicensis locis egregiè illustratur.

C A P V T I V.

Synopsis.

I. Ut satisfiat objec̄tione, docetur Romanum Pontificem esse Patriarchām Occidentis, deinde conferetur cum Alexandrino in ordinationibus. Ecclesiarum divisio in Orientales & Occidentales probatur plurimi testimonii veterum.

II. Errorum notissimorum qui Orientales Ecclesias ab Antiocheno Patriarchatu non distingunt. Cui Oriens specialiter dictus tribuitur, e Concilio secundo, & Ephesino.

III. Fines Ecclesiastum Orientalium & Occidentalium, iidem qui olim Imperij Thracia Orienti accessa. Solidum Illyricum Occidenti.

I. Antiqua divisio Imperii sub Diocletiano, Constantino, & Valentiniiano. In confiniis Illyrici & Thracia, Ecclesiarum & Imperii limes; scilicet in Succorum angustiis, ex Ammiano, & Socrate, & ex Concilio Aquileiensi: ubi dictio Succorum restituitur. Constantinopolis vinculum Orientis & Occidentis, apud Nazianzenum.

V. Tomus Occidentalium in Concilio CP. explicatus. Asserta vetus lectio ad dicitur.

SUPEREST ut jugulum causæ pertinamus, & ut difficultati propositæ satisfiat, duorum capitum probationi, quibus tota disputatio conficitur, nos accingamus. Quorum primum in eo versabitur, ut doceat Patriarchatum Occidentis à veteribus tributum fuisse Episcopo Romano: Alterum verò, quod fortasse à nullo tentatum fuit, componet Alexandrinum Episcopum cum Romano, in potissimum illo jure Patriarchico quod ordinationes Episcoporum respicit.

Quod attinet ad primam illam partem, nullo negotio veritas ejus instruetur, si testimonis veterum recte expensis ostendamus totius Ecclesiae corpus statim à Concilio Niceno in Orientales & Occidentales Ecclesias fuisse distributum, & Occidentalibus Ecclesiis nullum alium praefectum fuisse prater Romanum Pontificem. Emitat illa hereditatis Christi in duas partes divisio temporibus Constantij Imperatoris; ita tamen ut altius, id est, à veteri con-

I I. Vnum tamen est quod antiquitatis ecclesiasticae amantem hac in parte monitum velim; ne inconsulto in eum errorem incidat, in quem viri docti impegerunt, cum variis Orientis significationibus

Orientales Episcopi quod fortè statuissent, ab Episcopis Occidentalibus reficiaretur, similiter quidquid Occidentalium partium Episcopi, ab Orientalibus solueretur. In eam sententiam Constantius Princeps rescripsit ad Concilium Ariminense, quod Episcopis è toto Occidente accitis constabat: *Non enim de Orientalibus Episcopis in Concilio vestro paritar ratio aliquid definiri. Proinde super his tantum que ad vos pertinere cognoscit gravitas vestra, tractare debetis.* Non inquiero an iusta sit Orientalium expostulatio, aut quod Constantius rescripto vetuit Occidentalii Concilio, scilicet ne de rebus Orientalibus pronuntiaret; (qua de re dissertationem satis copiosam, si res usui futura sit, in publicum fortasse emittemus) sed id tantum pertendo, eam fuisse illis, imò & superioribus temporibus, Ecclesiæ disciplinam, ut Occidentales Ecclesiæ in unum veluti corpus compactæ, ab Orientalibus discernerentur. Et ne quis excipiat me testimoniis schismatricorum uti, laudabo ipsum Ambrosium & Aquileiense Concilium ex Episcopis Occidentalibus conflatum, qui Aquileiam convenerant Imperatorum ius-
su. Querebatur Palladius Episcopus, Ariana hæreseos reus, se nisi generali & pleno Concilio respondere non posse, nempe absentibus sacerdotibus Orientis, ad quos Praefatus Italie litteras dederat, ut excellere

Celestius in ap. ad. Nettor. *Pelagianos etiis unita sententia Oriens Oecumenus percepit.* Ubi etiam ex xii. Epistola Uxoriorum. *Oriens ad sanum famam seruandam mecum reveras et cum Orthodoxia Occidentis Episcopatu concordare.* Damascus in ep. Syn. apud Theod. l. 3. c. 3. De hac ipsa fide cum Episcopis Orientis, non Occidentis, nobis scimus gloriari posse. Sit Iustus in ag. ad Hymn. c. 1. *Quod estiam totius Oriens Oecumenus qui coagitur.* In hoc, in Decr. c. 5. *Nos autem, omnesque per Orientales & Occidentales Ecclesias.* Greg. in tñ. Calv. cap. 20. p. 210. *Qui credunt in unum Christum dominum nostrum Iesum Christum.* Et in libro de Concil. Ephes. part. 2. Act. 1. *apostolus enim dicit de spiritu eius quod credidit.*